

## DE CERATIS attrahentibus.

### Ceratum attrahens.

**R.** Ammoniaci,  
Bdellii in aceto rosæ dissol. ana ℥ ij.  
Galbani ℥ β.  
Mumiæ, Thuris, Masticis ana ℥ iij.  
Caphuræ ℥ ij.  
Coralii utriusque, Magnetis præparati,

**Δ** Asphalti, Carabis ana ℥ β.  
Rad. Aristolochiæ, rad. Serpentariæ,  
Rad. Arundinis ana ℥ ij β.  
Cere, Picis navalis ana ℥ iij.  
Alabastris ℥ iij.  
Olei Terebinthinæ, Olei ovorum ana q. s.  
Misce, & fiat cerati instar. \* Hoc medicamentum  
rectè preparatum tum venenum elicit ex vulne-  
ribus, tum glandem ferri, ossium, lignorum, &  
vestium fragmenta ad se pertulit. *Quercetanus.*

## DE DROPACIBUS, Sectio XXXII.

**Dropax**, Latine Picatio, à pice vocata est, B  
qua membra externa omnia extenuata, resolu-  
ta, frigida & humida obliui solent.

### Dropax simplex.

**R.** Picis quantum sufficit.  
Olei communis, vel Terebinthinæ parum.  
Liquentur simul, & fiat dropax. \* In extenuatis  
commodissimum est, Calfacit & humefiat, san-  
guinemq; ad partes membrorum emaciatas at-  
rahit, resicitque. Qui neciam itis, qui cibum solent  
removere & eraditatem experiri: item colicis,  
& aliis alimentum non sentientibus conuenit.

### Dropax compositus.

**R.** Picis, Cere, Colophoniz ana ℥ iij.  
Niri ℥ j β.  
Bituminis ℥ j.  
Sulphuris vivi ℥ iij.  
Piperis Euphorbiæ, Adarcæ ana ℥ iij.  
Cantharidum ℥ β.  
Olei Cyperini ℥ j.  
Fiat dropax. \* Diucurnis vitis conuenit, & ante  
sinapismum corpus præparari: post illum  
autem morbi reliquias discutit.  
*Aetius.*

## DE SINAPISMIS, Sectio XXXIII.

**SINAPISMUS** nihil aliud est, quàm catapla-  
sina, aut emplastrum ex sinapi confectum: qua-  
lia sunt rubrificantis, &c.

### Sinapisinus Aërii.

Ficus pinguis in aqua tepida pridie maceren-  
tur: in sequenti die valenter expressæ, leuigentur  
curiosius: deinde acce sinapi privatim teratur,  
interq; terendum paululum ex diluto illarum af-  
fundatur, quò commodius hoc teri possit, sic ta-  
men, ut non aquosum fiat: postea utraq; seorsim  
in massa redigantur, & inter se commisceantur, D  
prout usus requirit. Nam si valentè sinapismum  
inducere voluerimus, duas partes sinapis cum u-  
na sicuum temperabimus: si imbecillè, unam  
sicuum cum duabus sinapis miscebimus: si me-  
diocrem, æquales utriusq; portiones committe-

**C**mus. In delicato & tenero corpore, externoq; af-  
fectu, panis vice caricarum sinapi admisceri: pos-  
set, aut id prius in aceto macerari: nam hoc il-  
lus efficaciam immouit. \* Omnibus diuturnis  
affectibus prodest, ut conualsi, vestigini, cepha-  
læ, hemicrania, arthritidi, coxæq; dolori, & a-  
lis, qui ex frigidiore materia procedunt.

### Sinapisinus alius.

**R.** Olei Costini ℥ j.  
Olei è Castoreo,  
Olei Euphorbiæ ana ℥ j β.  
Sinapis ℥ ij. Castorei ℥ j.  
Euphorbiæ ℥ i.  
Sagpeni, Aceti ana ℥ j β.  
Cum cera quantum sauis est ad emplastri con-  
sistentiam. *Fuchsius.*

## DE CERIS TINGENDIS seu COLO- RANDIS, Sectio XXXIV.

### Cera alba quomodo fiat.

**R.** Cere quantum satis est.  
Aque claræ part. ij.  
Misceantur duo hæc, & calefiat aqua ad ignem  
clarè usque quò cera sit liquefacta, deinde paulu-  
lum permittatur quiescere, donec tota cera na-  
tet super faciem aque: deinde accipe vas aliquod  
vitreatum, cujus pars exterior sit lenis, madefac  
id in aqua frigida: deinde infundatur serè me-

**E**dictas ejus in cera liquefacta. & extrahit eum ce-  
ra, quæ sibi adhæret, & permittit ceram illam in-  
frigidari: deinde separa eam à vase, & tantu hoc  
facias, quoad tota cera ab aqua fuerit extracta:  
deinde dictam ceram taliter formatam Soli ex-  
ponas & rori in mense Maji, & illam sepe volvas,  
& tandiu permittatur, donec fiat alba, ut ceruilla.  
Sunt qui ceram dealbant tribus diebus seruan-  
do prædictum modum. Verum id faciunt Julio  
mense,



menſe, quando Sol eſt in majori calore. Et quia cera facile à Solis calore liqueſcit, aqua munda frigida bis in die aſpergenda eſt. *Theſaurus Aromatariorum.*

*Modus alius de albandi ceram.*

R. Cera quantum volueris.  
Aqua clarae part. ij.  
Bulliant ſimul, & coquantur, donec nigreſcat aqua. Et tunc projice aquam ſilam, & pone aliam, & ita ſepe fiat, donec fiat alba: deinde collige ceram, & reſerva *Idem.*

*Cera flava quomodo fiat.*

R. Cera flava lb j.  
Terebinthinae purae ℥ ij.  
Liquentur ſimul ſupra carbones. Quidam addunt pulverem curcumae. quod non opus eſt, ſi cera cruda per ſeſe elegans ſumatur. *Coloniensis.*

*Cera rubra quomodo tingenda.*

R. Cera pura lb j.  
Terebinthinae purae ℥ ij. in æſtate: in hyeme verò ℥ iv.  
Cinnabaris ſuper lapidem pictorū bene triti,  
Olei communis ana ℥ j.  
Liqueſcant cera & terebinthina, ad ignem: deinde removeantur, & poſt aliqualem inſtigationem addatur oleum & cinnabaris ſimul trita, be-

A nequa ſimul miſceantur, & in formulas ſculptas fundantur. Quidam minium ponūt, quod tamen non ita eleganter tingit, ſed minore quantitate: alii utrunque. *Theſaurus Aromatariorum.*

*Cera viridis quomodo fiat.*

R. Cera novae lb j.  
Viridis æris triti,  
Olei oliivarum ana ℥ j.  
Terebinthinae ℥ ij.  
Liqueſcat cera & terebinthina, & poſt aliqualem inſtigationem, addatur viride æris, & oleum, & bene miſceantur: deinde fundatur in formulas ſculptas, & madida ſpongia humectatas. Sed prius ſpuma auferatur candente carbone, vel cerea candela ardente admota: ita enim abſumitur ſpuma. Cavendum autem, ne vel carbo in ceram incidat, vel cinere cera inſiciatur. *Theſaurus Aromatariorum.*

*Cera nigra quomodo facienda.*

R. Cera novae lb j.  
Terebinthinae ℥ iv.  
Terrae nigrae tritae,  
Olei communis ana ℥ j.  
Liqueſcant cera & terebinthina, & poſt aliqualem inſtigationem addantur terra nigra, & oleum, & fiat ut ſupra. *Theſaurus Aromatariorum.*

DE SALIBUS, Sectio XXXV.

